

eternā glorificationē quō p̄cipēs erim⁹ diuine nature ⁊ q̄liter imergimur in abyssuꝝ glorie dei: qui cuꝝ sit eternus in eternū erimus glorioſi. hęc ⁊ similia ſi adiuti per gratiā meditabimur: merito deū ex p̄fundo corde laudabimus: ⁊ laudando cōfitemur ei laudes: dicētes. Cōfitebor tibi dñe deus me⁹ i toto corde meo. Quare: quia glorificabo nomē tuū in eternum. ac ſi dicat. Propter hoc tibi laudes cōfitemur q̄ ad hoc nos creasti vt in familiā tuam deputati: te debeamus laudare in eternum. Nos enim ſumus illi de quibus dicit domin⁹ per ysa. xliij. Populū iſtum queꝝ mihi formaui laudem meā narrant. De hac gl̄ia n̄ra dicit Beatus. Ibi cumulus felicitatis. ibi ſupereminens gloria. ibi ſuperfluēs beatitudo. Quinto cōfitemur domino laudes ex ipſius dei cōtemplatiōe. Et quia ad verū ſue eſſentie in hac vita nemo p̄templando proficit: dicente dño ad Moyſen. Non videbit me homo ⁊ viuet. ideo ei⁹ bonitatem. pietatem. benignitatē. charitatē. humilitateꝝ. ſublimitateꝝ amiremur. ⁊ ammirando cōtemplemur quouſq; in deū ſuſpenſi ad maiestatem ſtupeam⁹. ad charitatem ferueamus. ad eternitateꝝ ſuſtineam⁹. ad abyſſum iudiciorū paucaamus. ⁊ reuerſi ad noſmetipſos in ebrietate ſpiritu⁹ dicamus. Cōfitebor tibi quia mirabiliter magnificatus es. Et iterum. Laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius. Quia ſingulorum iam victorū magnitudines ſunt infinite. Et quia eadē omnia in ſingulari numero ponūtur: ex hoc innuit q̄ vnū omnia ſunt in deo. qd̄ ex hoc innuit quia magnitudo ponitur in ſingulari. Laudem⁹ ergo deum ſm magnitudineꝝ. charitatis: bonitatis: pietatis. que in deo ſunt omnia infinita. Vñ Grego. predictū verbum expoſuit: dicēs. Ille deum ſm multitudinem magnitudinis maxime laudat: qui ſe ſuccūbere in ei⁹ laudis expletione cōſiderat. De hac confeſſione dicit Bernard⁹. Prima ⁊ maxima contemplatio eſt admiratio maiestatis. et hoc requirit cor purgatum: vt a vicijs liberum atq; exornatum peccatis facile ad ſuperna leuet. interdū q̄ paliquas morulas ſtupore ⁊ extaſi ſuſpēſum teneat admirantem. Prima confeſſio

vocatur laudatio. ſecunda gratiarū actio. tertia magnificatio. quarta admiratio. quinta ſuperexaltatio ſiue ſuperglorificatio. De quibus vltimis duobus dicitur Daniel. iij. Benedictus es in templo ſancto glorie tue: et ſuperlaudabilis ⁊ ſuperglorioſus i ſecula. Tūc autē maxime hęc ſuperexaltatio in cordibus noſtris generatur: quādo ipſa deuotio intantum proficit vt vires noſtras ⁊ poſſe noſtrū violenti quodam affectu tranſgrediatur. non manens iſtra terminos ſuos: ſed plus laudare volumus q̄ poſſumus diſcurrentes et verba querentes per que affectum noſtrum iam dilatatuꝝ ⁊ magnificatum valeam⁹ exprimere. ⁊ cuꝝ non valeamus verba equiualentia affectui inuenire deficiamus in loquēdo. Et hoc eſt qd̄ dicitur Eccli. xliij. Glorificantes dominū quātumcūq; poteritis ſuperualebit ad hnc ⁊ amirabilis magnificentia eius benedicentes dominū. exaltate illuꝝ quātum poteſtis. maior eſt enim omni laude. Et ſubiungit. Ne labores: non enī cōprehendetis. Quis videbit eum et enarrabit: ⁊ quis magnificabit euꝝ ſicut eſt ab initio: Multa abſcōdita ſunt maiora his pauca vidimus. hoc ergo deus pro maxima laude accipit cū diſcurrētibus nobis nulla verba inuenimus qui affectū noſtrum exprimere valeāt deficiamus obmutefcendo. In hoc affectu fuit ſponſa in Cantic. cum dicebat. Dilect⁹ meus mihi ⁊ ego illi. In quo truncato ſermone multū dicere voluit ⁊ minus dixit. De hac laudis confeſſione dicit Grego. Diuine laudis facta tunc verius explemus: cum hoc nos explete non poſſe cognoſcimus. tunc facundius laudes eius loquimur: cuꝝ ab his obſtupeſcēdo obmutefcim⁹. Quam laudem nos doceat ſapiētia patris Ieſus chriſtus.

XCVI De omnibus ſanctis.

**M**emores eſtote quō ſalui facti ſūt p̄ſes noſtri. j. Mach. iij. Dicit Auguſt. Sicut deus in celefti gloria electis ſuis ⁊ dilectis prebet et exhibet ſe ſpeculum eternaliter perſeruendi: ſic in vita ſanctorū quos p̄miſit

bat nobis speculuz pueniendi. **I**n  
 vobis ergo ppositis tria possum? intelligere.  
 scilicet spiritus sancti exhortatōem. exhortati  
 omis informationē. nostre fiducie erectionē.  
 Primum ibi Memores estote. in quo ad me  
 moriā habendā de sanctis exhortamur. Se  
 cundū ibi: quomō salui sunt. in quo p exem  
 pla sanctorū informamur. Tercū ibi: patres  
 nostri. in quo et nos de sanctitate fiducia.  
 Cum enim dicat qd patres nostri de quorū  
 carne et sanguine pcreati sumus salui facti  
 sunt fiducia nostra erigat. vt et nos sperem?  
 nos posse saluari. Sciendū ergo qd omniū  
 sanctorū sub vna celebratōe veneranda solē  
 nitas nobis pponitur propter duo. scz ppter  
 electionem et imitationē. Primo dico san  
 ctorū memoria nobis pponitur ppter electi  
 onem. vt videlicet deuote rimantes et dilige  
 ter inquiretes singulorū vias: et vitas eliga  
 mus ex omnibz quē vel quos valeam? facili  
 us imitari: cuius vel quorū vie et vite simus  
 magis dispositi. Dicit enim Grego. qd licet  
 omnes sancti ad vnū finem scz beatitudinē  
 tenderint: diuersis tamē vijs et exercitijs eā  
 dem sunt beatitudinē cōsecuti. Nā vt idem  
 dicit. Patriarche per viam fidei. pphete dō  
 per viam spei. apostoli charitatis. martyres  
 cōstantie. cōfessores sobrietatis. virgines p  
 castitatis viam ad celorū regna principali  
 ter puenērūt. Principaliter autē dico. quia  
 licet omnes hē virtutes omnes sancti habu  
 erunt: sic tamen generaliter sunt oim: vt sin  
 gule sint pprie singulorū. Nos ergo cupiētes  
 eos sequi ad gloriā hęc sancta exemplaria de  
 uote intuētes diligenter cōsiderem? cui vir  
 tutē vie et vite nos possum? facilius adapta  
 re. et cui ex omnibz nos habiliores inueneri  
 mus: eandē pre ceteris imitemur. Si enim  
 omnes homines ad omniū virtutū et gratiarū  
 exercitia eq̄liter se haberent: deus qui medi  
 ator est omniū spiritū non prohiberet ali  
 quos ab aliquibus exercitijs ad que exercen  
 da alios exhortat. Unde cū in vna pre scri  
 ptura dicat. vacare et videte quoniā ego suz  
 deus. Si hoc ad omnes diceret: non in alio  
 loco diceret in Prover. xxi. Qui scrutator  
 est maiestatis opprimef a gloria. Itē Eccl.  
 iij. Maiora te ne quiesieris. In quibus eui?

ter inuif qd simplicioribus simpliciora  
 et subtilioribus subtiliora: debilibus re  
 missiora siue facilioza: fortioribus fortiora fin  
 qualitatē singulorū sunt pponenda et pposi  
 ta imitanda. Quā autē singuli pportio nara si  
 bi debeant pportionaliter coaptari: docem?  
 Eccl. iij. Fortiora te ne scrutatus fueris: sed  
 que pcepit tibi deus illa cogita semp. Non  
 enī necessariū est tibi ea que abscondita sunt  
 videre oculis tuis. Quō euidēter nobis sal  
 uator innuit: qui verba et exēpla populo mi  
 nistrans: nūc ad cāpestria: nunc dō ad mon  
 tium cacumia ascēdit. vt pro diuersitate ho  
 minū diuersitate gratie in predicatōe popu  
 lo ministraret. Quā diuersitatē apostolus enī  
 am innuit Hebre. v. cū quibusdā infirmis  
 dicit. Facti estis quibus lacte opus sit nō so  
 lido cibo. Et subiūgit. Perfectorū autē est  
 solidus cibus. Hinc Grego. in cura pasto  
 rali dicit. Non vna eademqz exhortatio om  
 nibz cōgruit. quia nec cunctos par morū  
 qualitas astringit. sepe namqz alijs officiūt  
 que alijs p̄sunt. quia et plebz hęc que hęc  
 animalia nutriūt alia occidūt. et medicamē  
 tum qd alteri vires minuit: alteri vires iun  
 git. et panis qui vitas fortium roborat: puu  
 los necat. Hęc ergo diuersitas que seruate  
 consiliū in diuersitate morū: seruetur enī  
 in exemplis sanctorū. vt parui parua: ma  
 iores maiora: maximi maxima exemplaria  
 mentis sue oculis antepōnāt. Hęc ergo est  
 prima causa propter quā omnes sancti sub  
 vna veneratiōe nobis ad memoriā reuocā  
 tur: vt ex omnibz eorum statibus eligamus  
 cui exemplari nos possumus cōpetentius co  
 aptari. **S**ecundo omniū sanctorū  
 veneranda solēnitas nobis pponitur ad eo  
 rum imitationē. vt quem ex omnibus elege  
 rimus in ip̄o electo discamus quibus eum  
 passibus et exercitijs sequi debeamus: vt eis  
 pnumerati et nos sancti fieri valeam? quia  
 et nos ad hoc vocari sum? vt sanctificemur.  
 dicēte apostolo. i. Th. sal. iij. Non enī te  
 us nos vocauit in imundiciā: sed in sancti  
 ficationē. Quō autē sanctificari debeam? do  
 cemur in hoc nomie qd est sanctus: qd quin  
 qz signat per que omnia trāsire nos oportet  
 si ad magnam sanctitatis vitam cupimus

Itē quō sanctificari debeam?

puenire: q̄ sunt ista. in iud. mundi. firmuz.  
 sanguineu. r̄ igneu. Quoz primuz ponit  
 ap̄stol. tria sequentia Dionis. de diuinis  
 nominibus. quintu ponit ysaias: vt patebit  
 in sequētibz. Per primaz sanctificatiōem  
 sancti sunt homies bone volūtatiz: soluz ad  
 hoc habentes p̄posituz cōuertendi. per secū/  
 dam significatiōem scilicet munduz sancte  
 sunt virgines. per terciā scilicet firmū con/  
 fessores. per quartā scilicet sanguineū mar/  
 tyres. per quintā scilicet igneu ap̄stoli. que  
 licet omnia sint omniū: sunt tamen singula  
 singulorū cum quadā excellentia. Venit ta/  
 men sanctificamur si de die in diem per gra/  
 tiam dei p̄mori virtutem omniū istoruz in  
 vniū hominis vita perficim. r̄ implemus.  
 vt per primaz sanctificatiōē bonam vitam  
 inchoemus. per secundam inchoatā munde/  
 mus. per terciā mundatā bonis operibus ex/  
 ercitemus. per quartam tanq̄ inutiles ser/  
 ui tribulatiōes portemus. per quintā vitam  
 nostrā in charitate cōsumam. Primā ergo  
 sanctificatiōē cōsequamur per boni p̄positi  
 inchoatiōē. secundā per penitentiā r̄ contri/  
 tionem. terciā per bonoz operum exercitati/  
 onem. quartā per tribulatiōez. quintaz per  
 dilectiōē. Cupientes ergo sanctificari pri/  
 mo ingrediamur boni p̄positi inchoatiōem  
 in animo nostro firmiter statuētes. vt reli/  
 ctis vicijs r̄ peccatis velimus domo de cete/  
 ro cum omni diligētia adhxere. Quoz ve/  
 raciter animū hominis possederit: statim ex  
 hoc initio sumus sancti. Vñ ap̄stol. Ro.  
 viij. Scimus quoniam diligētibz deuz r̄e.  
 vsq̄: bis qui fm̄ p̄positum vocati sunt san/  
 cti. Quoz exponēs Bern. dicit. In verbo apo/  
 stoli non te terreat nomē sanctitatis: quoni/  
 am non fm̄ meritū: sed fm̄ p̄positū. non fm̄  
 affectionem: sed fm̄ intentionē sanctos vo/  
 cat. illam enī quam putas sanctitatem nec  
 Paulus incorruptibilis manēs ad huc cor/  
 p̄ore arbitrabatur se comprehendisse. **¶**  
 Sed dices. quid est ergo fm̄ p̄posituz esse  
 sanctū. Audi tu: si p̄posueris in corde tuo de/  
 clinare a malo r̄ facere qd̄ bonum est. tenere  
 qd̄ cepisti r̄ proficere semper in melius: et si  
 quid aliquādo minus recte feceris vt est hu/  
 mana fragilitas: nō in eo p̄sistere sed emen/  
 dare p̄d viribus: etis sine dubio sanctus et  
 tu. Sed tibi adhuc clamare sit necesse. custo/  
 di animā meam quoniā sanctus sum. Et ta/  
 libus sanctis fm̄ p̄posituz vt ait ap̄stolus:  
 omnia cooperātur in bonuz. an non peccatū  
 qd̄ humiliat: qd̄ timorati facit: qd̄ tantū co/  
 operatur in bonuz. Si ergo hoc nomen san/  
 ctitatis veraciter cordibus nostris infederit  
 non differimus p̄posituz: sed sine mora con/  
 uertimur in opera. r̄ sic fm̄ nomen aggredi/  
 mur sanctitatis. Secundo notanduz qd̄ fm̄  
 nomen sanctitatis aggredimur si bonū p̄po/  
 situz applicamus ad opa exhaurientes et  
 mundātes cōscientiā a cōmissis. qd̄ cum fa/  
 cimuz fm̄ nomē. put mundū signat sanctuz  
 induim. vt non solū sancti simuz fm̄ p̄po/  
 sitū. s̄ fm̄ qd̄ sanctū mūdiciā signat sum⁹  
 sancti. **¶** Ad verā autē r̄ p̄fectam mū/  
 diciam in nobis faciendā septē exercitia re/  
 quirunt. **¶** Oportet enī in vera penitētia con/  
 currere cordis cōpunctiōē. oris cōfessionē.  
 operis satisfactiōem. volūtatiz suspensionē.  
 ablatoz restitutiōem. offensarū remissionē.  
 omniū istorū cōtinuationē. quia si de omni/  
 bus his vnū defuerit: penitētia non est vera.  
 Sane hoc dixerim si t̄pis oportunitas hoc  
 admittit: si dō tempus nō adierit prima par/  
 ticula sufficit ad salutem. Vñ pleriq̄ omis/  
 sis multis bis p̄tulis bñ se penituisse esti/  
 mant: quoz tamē penitētia min⁹ habet. nec  
 per eaz quātū sufficit sūt mūdati. De quibz  
 dicit Prover. xxx. Hec est geueratio que si/  
 bi mūda videt nec tamē lora est a sordibus  
 suis. **¶** Autē hec septem plenā in nobis mū/  
 diciam pficiant: dicit Leuiti. xiiij. Aspergat  
 qui mundādus est septies. **¶** Quoz etiā figura/  
 tum legim⁹. iij. Reg. v. vbi Helizeus dixit  
 ad Naaman leprosin. Gade r̄ lauare septē/  
 es in iordane r̄ recipiet sanitatē caro tua atq̄  
 mundaberis. qd̄ spūaliter mūdandis dicit.  
 De bis septē adhuc dicit Eccl. Da septem  
 p̄tes. **¶** Quoz autē p̄ mūdiciā ad sanctitatē pueni/  
 amus: ostēdit ap̄stol. ij. Corin. vij. cū dicit.  
 Quidē nos ab omni inquinamēto carnis  
 r̄ spiritus perficiētes sanctificatiōez in timorē  
 dei. Tercio sanctū idem est qd̄ firmū. qd̄  
 ad sanctitatē in nobis pficiendā necessario se/  
 quitur ad predicta. quia postq̄ per primam

*Nota: istud ad p̄fectam  
 mūdiciā*

sanctitatem facti sumus sancti bonū in iustia / do. per secundā sanctiores facti sumus a pec / catis nos mūdādo. per terciū scz firmuz nos / amplius sanctificem⁹ malo resistēdo: ne ite / rum illabamur. **E**cce autem firmi / tas tripliciter exercet. scilicet in malorum res / sistētia. bonorū efficientia. aduersorum to / lerantia. Qui em̄ malo resistit viriliter: bo / na operat fideliter: tribulatiōes sustinet hu / militer. fortissimus est et firmissimus coraz / deo. **P**rimo ergo si sancti fieri cupim⁹ cum / predictis: scz in initio ⁊ mundo: simus etiā fir / mi. vt quōtiēs vicia siue carnalia siue spiri / tualia impugnauerit eis viriliter resistam⁹ / nullū additū p̄bētes: s̄ reluctādo singulū nō / verbo ⁊ lingua: sed opere et veritate dicam⁹ / illud **Eccli. xxxiiij.** Qui baptizat a mortuo / ⁊ iterum tangit mortuū quid p̄dest lorio il / lius? Et illud **Cantiē. ij.** Laui pedes meos / quomō iterū inquinabo eos? **Q**uod si dixerit il / lud **Mich.** Quomō poterimus tam mul / tis ⁊ tam forno resistere tam pauci? **Q**uia / vt dicit **Bern.** Nihil in homine purū pote / rit inueniri ab intus manat de corde exit pe / stiferū vir⁹: ac deinceps corpus occupat vni / uersum. ⁊ inimici nostri mille nocendi arti / bus corda hominū temprare nō cessant. Et / responder **Bern.** **Q**uod licet vndiqz vicioz in / citamentis perestluamus. verū tamen in no / bis est si vinci volumus ⁊ nemo nostrum in / hocceramie deticiet inuit⁹. qd̄ in principio / omnis scripture: scz **Gen. iij.** innuit. vbi di / citur. Sub te erit appetitus tuus: ⁊ tu dñā / beris illius. **P**otest quidem inimicus exci / tate temprandis motum: sed in te est si volu / eris dare cōsensuz. **S**ecūdo firmi sim⁹ bo / na agendo fideliter. ad qd̄ facienduz hoc so / lum nos monet ⁊ excitat qd̄ temp⁹ nobis in / dultū transeat. opera autē siue bona siue ma / la que facimus p̄manent in eternū. Et ideo / monem⁹ **Eccli. ix.** **Q**uodcūqz potest man⁹ tuā / facere instāter opate. qz nec opus. nec ratio. / nec sapiētia. nec sciētia erūt apud inferos / quo tu p̄petas. **A**c si dicat illud **Joban. ix.** / Venit nox in qua nemo pōt opari. **C**ur au / tem monemur tam solliciti opari: innuitur / **Proverbi. xiiij.** quia in omni ope bono erit / abūdantia. **C**ui cōsonat illud **Sapieñ. iij.**

**B**onoz laboz gloriōsu s̄ est fructus. **S**i au / tem fructus cōsistunt in peccatoz satiāciō / one. gracie augmētatiōe. boni affluēfacione. / virtutū plantatiōe. meriti ⁊ premiū cumula / tione. debiti solutiōe. dei placatione. ⁊ adhuc / multa alia que omnia in nobis in vno bono / ope p̄mouent. **T**ercio firmi simus patiēdo / mala humiliter. reputātes cū **Judith** in pec / catis nostris hęcipa minora esse supplicia fla / gella domini: quasi serui qui coartimur ad / emendatiōem non ad perditōem misericor / diam obuēnisse credamus. ad quā sufferē / tiam multū nos excitare deberet verbū apo / stoli. **ij. Corint.** **I**d qd̄ momentaneū est ⁊ le / ne tribulatiōis nostre: supra modū in subli / mitatem eterne glorie pondus operat in no / bis. **H**oc autem membz breuiter transim⁹ / qz in sequēti membro de tribulatiōe sufferē / da diffusius differem⁹. **Q**uarto san / ctum est id qd̄ sanguineū signās tribulatio / nes per quas iterum possum⁹ amplius san / ctificari. et est cōueniens similitudo. qz sicut / sanguineū est color sanguine⁹ ⁊ nō sanguis / sic tribulatio licet sanguinem non effundat / pro martyrio tamē effundere sanguinez cō / putatur. **H**inc per **ysa. xxxviij.** dicit. **I**n pa / ce amaritudo mea amarissima. **A**cti dicat. / **T**empus pacis quo p̄secutoris gladius nō / sentit per tribulatiōnū amaritudinē amarif / simū est electis. **H**inc. **ij. Reg. ij.** dicit. **E**t / fudit sanguineū belli in pace. **Q**uod de quolibz / electo poterit vere dici. qd̄ adhuc euidentius / insinuat **Bern.** dicēs. **C**leremartyri gen⁹ / ⁊ effusio quedā sanguinis est in quōdiana / corpis afflictōe. illo nimirū quo cedunt mē / bra ferro horrore quidez mirius: sed diurni / nitate molestius. **S**ic quippe infirmis ⁊ pu / sillis corde plus puidit dñs. vt quem semel / pro christo sanguine effundere nō sufficiat: / saltem minori: s̄ diurniori martyrio fun / dant. **V**erū quia tribulatiōes ex multis cau / sis multipliciter variātur. ⁊ ex hoc sufferē / tiuz merita vel augmētātur s̄m plus ⁊ mi / nus: vel etiam attenuant. ideo de hac varie / tate aliquid qd̄ prius non diximus differat / ⁊ causas tribulatiōnū per quas singule res / verissime cognoscūtur videamus. **I**n quibz sicut in ceteris rebus quoz cause

scilicet efficiens materialis formalis finalis  
 poterunt inueniri. et in hac cas tribulatioes  
 plus et minus conferunt tribulatioes. Si ergo  
 tribulationes consideramus in hac cas efficien-  
 tes tunc magna conquirimus merita si ab  
 his qui nos odiunt inferuntur. maiora si ab  
 his qui amici credebantur. maxima si a deo  
 infligantur quia cum pena quam a deo sus-  
 ferimus etiam timor de dei offensa nos cru-  
 ciat vehementer. De primo dicitur. *Beati inimi-*  
*corum vulnera quia inimici sciuntur minus*  
*offendunt vulneratos et iacula que presci-*  
*tur minus ledunt.* De secundo tanquam de ma-  
 ioribus tribulationibus dicit dominus discipulis  
 luc. xxi. *Trademini a parentibus et fratribus*  
*et cognatis et amicis. et ex vobis morte affici-*  
*ent. quod exponens grece dicit. Quia mala*  
*ingerunt que ab extraneis ingeruntur. pl-*  
*vero in nobis illa tormenta seuiunt que ab*  
*his patimur. de quorum mentibus presu-*  
*mebamus. quia cum dano corporis mala*  
*nos cruciant amisse caritatis.* De ambobus  
 vero dicit dominus per psalmum. *Si inimicus meus*  
*maledixisset mihi sustinuissem utique et hoc*  
*de primo. et sequitur Tu vero homo vnani-*  
*mis et hoc de secundo. de tercio autem dicitur. i.*  
*Re. ij. Si vir peccauerit in virum placari*  
*poteat ei deus. Si autem in dominum peccauerit*  
*quis orabit pro eo. et idcirco tribulatio a do-*  
*instructa quia dei offensam insinuat maxime*  
*nos affligit.* Si vero tribulatio consideretur  
 secundum causam materialem ut est in subie-  
 cto tunc magna est que in rebus. maior que  
 in corpore. maxima que in spiritu sustinetur.  
 Si vero tribulationes considerentur secundum  
 causam formalem. tunc magne sunt que pa-  
 tientur maiores que libenter maxime quam gau-  
 dentur propter dominum sufferuntur. et scilicet  
 dum hoc ipsa merita etiam distinguuntur.  
 Si vero tribulationes considerentur secundum  
 causam finalem tunc magne sunt que  
 pro peccatorum satisfactione. maiores que  
 pro premiorum cumulatione maxime que in re-  
 compensationem passionis domini sufferantur.  
 Pro satisfactione enim tribulationem  
 sufferimus quando omnia que patimur in  
 satisfactionem peccatorum que commisitimus  
 ordinamus cupientes magis hic tempora

liter affligi quam grauius in futuro. maxime  
 cum sciamus quod quantum in delicijs fuit  
 tantum a nobis erigitur de tormentis et pro  
 mensura peccati erit etiam modus plagaru  
 Pro premiorum vero cumulatione tribula-  
 tionem sufferimus hoc considerantes quod per  
 multas tribulationes oportet nos introire  
 in regnum dei. et illud apostoli. *Ad quod mo-*  
*mentaneum est et leue etc.* Tertio vero in re-  
 compensationem sufferimus tribulationes cum co-  
 siderantes cumulum passionis deo in re-  
 compensationem cupimus similia retinere. ne  
 improperetur nobis illud. i. *Re. xxiij. Non*  
*est qui vicem meam doceat.* Quinto scilicet  
 idem est quod ignem signans caritatem pro  
 quam efficacissime sanctificamur testante  
*Esa. l. vbi dicitur. Erit sanctus eius in fla-*  
*ma. Et si dicat. Qui sanctificari debet deo*  
*hoc fieri oportet in flamma caritatis. Om-*  
*nia enim prius habita non sanctificarent ho-*  
*minem si caritas non adesset. de qua quia*  
*multa dicta sunt. ut euitetur prolixitas sus-*  
*ficiat hoc dixisse*

XCVII

De eisdem sermo secundus

**C**ongregate illi

sanctos eius psalmus. *Deus salutes*  
*nostram desiderans in huius*  
 bi exhortatione hoc a nobis erigit et requirit  
 ut sanctis omnibus quorum hodie festiui-  
 tas agitur nos per vitam sanctam conu-  
 merare et congregare studeamus et hoc maxi-  
 me placet deo et in nobis desiderat ad imple-  
 ri di. enim *Beati. Currite fratres quia non*  
 solum sancti et angeli sed ipsorum creator et  
 dominus cum omni celestis curie frequen-  
 tia nos desiderat et expectat. Nam si omnes  
 sanctos sub vnam letaniam congregarem  
 et nos per vitam reprobam disiungeremus  
 talis congregatio domino non placeret. Nos  
 ergo sanctos eius conuenienter congrega-  
 bimus si sancti erimus sicut ipsi. **De**  
 Sunt autem sex que in veteri testamento  
 nobis preostensa sunt per que quelibet res  
 diuino cultui ad apte sanctificabantur.  
 scilicet per aque expiationem. ungenti com-  
 positionem. olei unctionem. sanguinis asp-  
 sionem. ignis concremationem. verborum

*Alte sermo in veritate  
 scripta sunt*

83